



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Impedimenta progressus Spiritualis quæ bonæ viduæ sollicitè declinanda sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

190                    S P E C U L U M  
eam deduceres per semitam mandato-  
rum tuorum ad habitaculum sanctum  
anum; respice quæso in me nec vnoqui  
oculis clementiæ ac prouidentiæ tuae  
gubernare desine.

Benedicta sit sempiterna deitas qua  
vice peccarum, quas meruerunt pecca-  
ta mea, dignata fuit reponere mihi be-  
neficia sua seipsum largiendo. Nullum  
me momentum tantæ dignationis in-  
memorem offendit Benedictus Deus,  
& mater Domini nostri Iesu Christi, cu  
omnibus sanctis & electis eius, qui  
sempre mihi auxilio sint, ut dignè di-  
minum hoc sacramentum suscipiam.

Intret o Domine spiritus tuus in-  
animatum meum, & transforme eam in te,  
ut vivat in tali charitate, humilitate, ob-  
edientia, paupertate spiritus, monifi-  
catione carnis, & contemptu mundi,  
qualem tu exemplo vitæ tuæ docuisti.  
Talibus vinculis me ianoda, ut nun-  
quam possim separari, sed conseruas  
ab te, me in facula seculorum Amen.

---

Impedimenta progressus spiritualius quabi-  
na vidua sollicitè declina-  
da sunt.

Primum defectus humilitatis, que  
fundamentum est & custodia virtutum  
nam

VIDVITATIS.

139

nam qui careret humilitate, abundat superbia, id est universitate omnium vitiorum. Ingratitudo, quae exiccat fontem diuinæ pietatis, & nimium quantum Deo displiceret.

Superflua loquacitas, per quam omnis deuotio cordis evanescit, & constitutus Spiritus sanctus. Contemptus peccatorum venialium.

Voluntas tepida, & languens desiderium in virtutibus proficiendi. Non enim satiatur a Deo, nisi quem fames ac sitis urget.

Horror difficultatis in via cœlesti, & dissidentia de Deo. Negligentia in oratione, sicut enim qui non seminat, neque metit, ita qui non oratione accipit. Unde Christus, oportet semper orare, inquit, Conscientia aequo scrupulosior.

Præsumptio de acta vita quasi, ad metam perfectionis iam pertigeris.

Inconstantia in operibus bonis, nunc ea intermitendo, nunc resumendo.

Velle sequi proprij cerebri captum, & alias, maximè patrum spiritualium admonitiones negligere vecordia in domandis passionibus; nisi enim granum strumenti mortuum fuerit, fructum nullum affert.

Affixum esse rei alicui mundanæ, ut dicitur.

d'uitijs, filijs, honori , aut similibus,  
Quod augmentum Spiritus nimioperē  
impedit. Indiscretio in excedendo mo-  
dum , quando frequentantur exercitia  
etiam bona, quæ inde oritur, quod ali-  
orum consilia posthabentur.

Oblivio præsentia Dei , propin-  
quæ mortis, & aliorum; Indulgere pro-  
priæ voluntati , nec eam refranare in  
rebus etiam licitis; Præterite examen  
conscientiæ; Timorem Dei vilipende-  
re: nec mentem aliquando ad superna  
attollere.

Non versari serio ac syncerè cum  
Confessario, & conficeri nunc vni sa-  
cerdoti , alias alteri sine licentia Con-  
fessarij proprij.

Non conari euellere habitus peruer-  
fos; non repugnare proprijs inclinatio-  
nibus, non exterminare ea virtus, in quib[us]  
communiū facilimisque impinguuntur.  
Blandiri carni suæ , neque mortifi-  
cationi eam subiaceere.

Magni pēdere respectus humanos, &  
Velle complacere simul Deo & Mundo.

Non tollere occasiones, loci, tem-  
poris, societatis, conuersationis, & simi-  
lium rerum, quibus à scrutate Dei di-  
strahimur.

Tcm:

VIDVITATIS. 141

Tempus absque utilitate dilapidare,  
otiosè & infructiosè.

Non conari ad scientiam earum, que  
conducunt ad utilitatem animæ, cuius-  
modi sunt legitimè confiteri, solidè  
humiliari, & id genus alia.

Incuria in custodiendo corde, &  
preparando illud ad recipiendam semi-  
per nouam de cælo gratiam.

Desidia in disponenda anima ad re-  
ceptionem venerabilis Eucharistie.

---

Documenta S. Hieronymi pro viduis &  
matronis Christianis.

Principiò, sicut adjuncto sibi mari-  
to placere cupit; ita cōnentur placere  
Deo, quem loco mariti amandum de-  
legerunt.

Sicut viuētes in Mundo, vanitatibus  
vacauerunt illius, ita postquam migra-  
tunt ad Christum, opera pretium est,  
ut abdicant se à vanitatibus quæ illi  
contrariantur.

Dum viuerent in matrimonio, foue-  
bant ac nutritabant corpus, ut educan-  
tis filijs, & portando, matrimonij pon-  
deri pares essent. Sic condecet ut post-  
modum ad sobrietatem, & iugum  
Christi illud affuetfaciant.

Adcō